



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

§. I. Adventus in Mundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

, in testimonium, ut testimonium per hiberet de lumine; ut omnes
, crederent per illum. Non erat ille Lux, sed ut testimonium per-
hiberet de lumine.

1. **Q**uæ Lux ut ne diutius lateret
sub umbris; ideo, præfinito
tempore, palam MISSUS FUIT
HOMO A DEO, CUI NOMEN
ERAT JOANNES, id est, Gratia:
ut ipso nomine testaretur advenisse
tempus non jam Naturæ tantum,
neque Legis quæ per Moysen data est,
sed Gratia Dei.

2. **H**IC VENIT IN eum finem,
ut TESTIMONIUM ferret DE
adventu Lucis manifesto, quæ suo LU-

AFFECT

In ter recitandum subde te Creatori:
eidem qui & ex nihilo peccati eruit

MINE ab se diffuso dispullura esset
tenebras mundi humani; UT O-
MNES CREDERENT PER IL-
LUM;

3. At non in illum tamen (homi-
nem Joannem :) qui error signifi-
cancer est coarguendus Judæorum,
quia NON ILLE LUX, prout ele-
gerant errare, SED UT TESTIMO-
NIUM PER HIBERET DE LU-
MINE alterius in quem intendebat
jam exortum & præsentem.

US PIUS.

te: abjice opera tenebrarum, & am-
busa in lumine Gratia ejus.

SECTIO III.
De Persona divina Incarnatione.

§. I.

Adventus in Mundum.

, Erat Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem
, in hunc mundum. In mundo erat; & mundus per ipsum factus
, est: & mundus eum non cognovit. In propria venit: & sui
, eum non receperunt.

1. **E**RAT LUX VERA QUÆ
ILLUMINAT OMNEM
HOMINEM VENIENTEM IN
HUNC MUNDUM. Venit enim
uniusquisque cum sua propria caligi-
ne cui originaliter involvitur, ita ut
omni homini opus sit illuminari.

2. Utique IN MUNDO ERAT
ut Deus; ET MUNDUS PER
IPSUM FACTUS EST: ut meri-
tò debuerit ex iis quæ facta sunt co-
gnosci Creator, Deitate suâ & Crea-
tionem. Sed enim MUNDUS EUM
NON COGNOVIT.

3. Insu-

3. Insuper etiam VENIT ut Homo, atque IN sua PROPRIA, in terram & ad populum cui propriè & primò fuerat promissus & expecta-

tus Redemptor seu Instaurator. ET ecce illi quamvis SUI EUM, cùm advenisset ac testimonium ei tale per- hiberetur, NON RECEPERUNT!

§. II.

Receptio in Mundo.

, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri; his qui credunt in nomine ejus. qui non ex sangu- nibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt.

1. Q UOTQUOT AUTEM, seu ex paucis reliquis Judéo- rum, seu ex Gentilibus longè latèque, RECEPERUNT EUM, DEDIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI; HIS QUI verè CREDUNT IN NOMINE E- JUS, eâ fide quæ per charitatem ope- ratur.

2. Porro hæc professio fidei, & ad- optio filiorum, donum DEI est. NON enim hi filii procreati EX SANGUI-

NIBUS, peccato in quo nati sumus totinos & cui obnoxii: NEQUE EX VOLUNTATE CARNIS, quæ corrupta est in sua propagine ac propensa ad malum concupiscendum: NEQUE EX VOLUNTATE VIRI, quæ impos & liberum arbitrium insufficiens:

3. SED EX DEO NATI SUNT, novâ per Christum & gratuitâ prorsus regeneratione; vi cuius nominan- tur Filii DEI & sunt.

§. III.

Tota Oeconomia VERBI Incarnati.

, Et VERBUM caro factum est: & habita-vit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre; plen- num gratiæ & veritatis.

1. E T ecce unde consequatur pot- estas, de qua dictum est, Filio- rum DEI. ET enim ex quo Filius DEI Deus factus est homo, consequens est ut homines siant Filii DEI. debemus hoc acceptum ferre VERBO quod CARO FACTUM EST; per fa- ctam videlicet assumptionem, id est,

hypostaticam unionem, Naturæ hu- manæ ad Personalitatem VERBI. ET HABITAVIT IN NOBIS; homo propter nos, his nobiscum in terris vi- sus & conversatus: docendo nos ma- gna: patrando inter nos mira: patien- do pro nobis ardua; similis nobis mor- talis.

2. ET